



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 17. Oratores a Congregatis ad Saxo-Vinariensem Ducem ablegati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](#)

nus restaurandæ unionis ratio iniretur, **Sæcul. XVI.**
 ac proin imposterum minus odium con- **A.C. 1561.**
 tra Germaniæ Ecclesias timendum fo-
 ret. Denique omnium sententiæ eo ab-
 ibant, acceptandum esse Concilium,
 dummodo non sit Pontificium, atque ei-
 dem Papa nec per se, nec per Lega-
 tos suos præsit. Hæc quoque respon-
 debant Ferdinandi Cæsaris Oratoribus,
 qui unacum Papæ Nuntiis die vigesima
 octava Januarii Naumburgum vene-
 rant, atque altera die ad comitia acce-
 ferant, ubi his ipsismet congregati ad-
 huc sequentem addebant conditionem,
 ut scriptum Dei Verbum sit unicus
 controversiarum Judex, nullo autem pa-
 sto Pontifex, simulque Episcopi a fidei
 sacramento, quo eidem sunt obstricti,
 solvantur, ac Theologi, quos eo decre-
 turi sunt, suffragii jure fruantur: de-
 cetero autem congregati Principes in-
 quiebant, quod re collata cum illis,
 qui huic conventui non interfuerint, re-
 sponsum magis amplum Cæsareæ Maje-
 stati suæ daturi essent.

§. XVII.

Oratores a congregatis ad Saxo-
Vinariensem Ducem able-
gati.

Hist. Eccles. Tom. XLIV.

C Post

Sæcul. XVI. Post hæc iidem Principes statuerunt,
A.C. 1561. ad Joannem Fridericum Saxo-Vina-

Thuan. I. c. riensem, qui nuper secesserat, Legatos
 esse deputandos, qui eidem hæc signifi-
 carent: „nihil ardentius exoptavimus
 „nisi ut & tu usque ad Conventus exi-
 „tum Naumburgi substitisses: cum vero
 „tuam de discessu excusationem acce-
 „ptemus, hinc tibi significamus, quod
 „subscriptio Augustanæ Confessionis,
 „propter quam convenimus, a nobis de-
 „creta sit, ut tamen desiderio tuo satis-
 „fieret, additus est in præfatione arti-
 „culus de Cœna Domini: proin peti-
 „mus, ut tu quoque eidem subscribas:
 „si vero id renueres, saltem a te postu-
 „lamus, ut tuis Theologis silentium im-
 „ponas, remque eo deducas, ne Naum-
 „burgensis Conventus, ut olim Franco-
 „fordiensis, *Samariticum Interim* publice
 „nominetur. Denique effice, ne nostra
 „agendi ratio publicis libellis conde-
 „mnetur, alioquin nos vicissim & inno-
 „centiam nostram, necnon conventus
 „illius originem, ac progressum fusius
 „explicando publice vindicare cogemur,
 „ac omnia denique faciemus, quæ cau-
 „sæ hujus magnitudo, ac necessitas de-
 „poscere videbuntur.,,

§. XVIII.